



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 100/18

## CRACOVIENSIS

Sanctum Rochum, qui pie peregrinando et aegros curando sanctitatis famam consecutus est, clerus et christifideles urbis et communis v. d. *Zator* peculiari necnon assiduo cultu prosecuti sunt et adhuc prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Marcus Jędraszewski, Archiepiscopus Cracoviensis, communia excipiens vota, ipsa auctoritate civili annuente, electionem Sancti Rochi, in Patronum apud Deum illius urbis et communis rite approbavit.

Idem vero, litteris die 11 februarii 2018 datis, enixe rogavit, ut huiusmodi electio et approbatio, iuxta Normas de Patronis constituendis confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

SANCTUM ROCHUM  
PATRONUM APUD DEUM  
URBIS ET COMMUNIS v. d. ZATOR

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 3 mensis maii 2019, in sollemnitate B.M.V, Reginae Poloniae.

*Robertus Card. Sarah*

Robertus Card. Sarah  
Praefectus

*+ Arturus Roche*

Arturus Roche  
Archiepiscopus a Secretis